

nahe, da wir sonst keinen Anhaltpunkt haben, diese: Hieronymus möge in seiner Uebersetzung der Synchronistik des Eusebios einen nachträglichen Zusatz aus dem Aithikos über die Franken gemacht haben, welcher in unsren Ausgaben mangelt.

Diese Vermuthung findet darin eine Unterstützung, dass Bouquet¹ Nachfolgendes als „*inter Excerpta ex Eusebii chronicō Hieronymo interprete*“, welche Fredegar hinterlassen hat, mittheilt: *In illo tempore Priamus Helenam rapuit. Troianum bellum decennale surrexit; causa mali quod trium mulierum de pulcritudine certantium praemium fuit una earum Helena, pastore iudice pollicente. Memnon et Amazones Priamo tulere subsidium: exinde origo Francorum fuit. Priatum regem primo habuerunt, postea per historiarum libros scriptum est qualiter habuerunt regem Frigam, postea partiti sunt in duabus partibus.*

Una pars perrexit in Macedoniam, vocati sunt Macedones secundum populum a quo recepti sunt et regionem Macedoniae qui opprimebatur a gentes vicinas invitati ab ipsis fuerunt, ut eis auxilium praeberent. Per quos postea cum subiuncti in plurima procreatione crevissent, ex ipso genere Macedones fortissimi pugnatores effecti sunt. Quod in postremum in diebus Philippi regis et Alexandri filii sui fama confirmat illorum fortitudinem qualis fuit.

Nam et illa alia pars quae de Frigia progressa est ab Olico [Ulysses] per fraudem decepti tamen non captivati nisi exinde deiecti permultis regionibus pervagantes cum uxores et liberos. Electo a se rege, Francione nomine per quem Franci vocantur in postremo, eo quod fortissimus ipse Francio in bellum fuisse fertur et multo tempore cum pluribus gentibus pugnam gerens, partem Asiae vastans, in Europam dirigens, inter Rhenum et Danubium et mare consedit. Ibique mortuo Francione, cum iam pro praelia tanta quae gesserat parva ex ipsis manus remanserit, duces ex se constituerunt. Attamen semper alterius ditione negantes multo post tempore cum ducibus transegerunt usque ad tempora Pompegi Consolis qui et cum ipsis dimicans seu cum reliquas gentium nationes quae in Germania hababant totasque ditione subdidit Romanis. Sed continuo Franci cum Saxonibus amicitias inientes adversus Pompegium rebellantes eiusdem rennuerunt potestatem. Pompegius in Spaniam contra gentes dimicans plurimas moritur. Posthaec nulla gens usque in praesentem diem Francos potuit superare qui tamen eos suae ditioni potuisset subiugare.

¹ Bouquet II. 461 aus einer alten Handschrift des Jesuiterkollegiums in Paris und einer zu Bohers Bibliothek gehörenden Handschrift zu Dijon.